



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **De Verbo Dei Libri Tres**

**Helm, Heinrich**

**Coloniae, 1560**

**VD16 H 1736**

Haereticos à diabolo mitti, tota scriptura testatur. Caput XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30114**

*Signa doctrinam non uitam prædicatoris confirmant.*

Caput XXII.

**E**Rgo signa non faciunt prædicatorem bonum, nec Deo acceptum. Quia & melefici Pharaonis signa fecerunt, sicut Moses amicus Dei. Illi incantationibus suis & cooperatione diaboli, hic in virtute Dei. Multi etiam in hora mortis suæ dicent: Domine, domine, aperi nobis, saluos nos fac in nomine tuo. Quia in nomine tuo prophetauimus, demones eiecimus, leprofos mûdauimus, & virtutes multas fecimus. Sed nõ exaudientur omnes operantes iniquitatem, & non facientes quæ dixit & docuit Christus. Discedit namq; ab iniquitate & facit bonitatẽ, omnis qui verè & salubriter inuocat nomen domini. *Luc. 9.* Caufabantur etiam apostoli de vno qui dæmonia eiecit, sed cum eis non sequebatur Christum, ambulando in lumine & sanctitate. Sic Scenæ principis Iudæorum septẽ filij circumeuntes nomen domini inuocabant. Sed & Saul olim prophetauit inter prophetas. At non idcirco probatus fuit. Nam Christus apostolis dixit: Nolite gaudere, quia spiritus mundi subijciuntur vobis. Gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. *Exod. 7. & 8. Matt. 7. Luc. 13. 2. Tim. 2. Luc. 9. Act. 19. 1. Reg. 10. Luc. 10.*

Próinde miracula: signa & virtutes, non sunt semper argumenta, probitatis, bonitatis & electionis eius, qui ea facit: semper tamen cõfirmatio sunt doctrinæ quam docet, alioqui, Deus testis esset falsitatis, quod nefas est, nedum dicere, sed & cogitare.

*Hereticos à diabolo mitti, tota scriptura testatur.*

Caput XXIII.

**P**ossunt hæretici scripturas producere, quibus se miseros probant à Deo, sed renitentes, & per capillos tractas: Quòd autem à diabolo misi sunt & mittuntur, tota scriptura testatur, & fructus eorum pessimi confirmant.

Y de qui-



de quibus libro primo. Sic abudè ostensum arbitror, quo modo verus præco verbi Dei à Deo immediatè absq; hominum consensu missus, ab hærico, Apostolo Satane, duce cæco, seductore diabolico discerni debet.

*Mittitur aliquis à Deo & hominibus coniunctim.*

*Caput. XXIIII.*

- A** SECUNDÒ, aliquis mittitur à Deo & hominibus simul.
- Act. 9.* Sic vas electionis ad hoc munus à Deo vocatus fuit. Nilominus ad id officij ab Ecclesiæ columnis, segregatus eū Barnaba est, & destinatus. Illa missio, fit modis multis.
- Act. 13.* Nam mittens aliquē, ad oves Christi pabulo verbi Dei ascendas, ad excolendā vineam quā transtulit de Aegypto, Christus facit hoc legitima autoritate & secundum Dei voluntatē: Ut sunt veri & Catholici episcopi, & alij potestate præditi, quibus munus hoc est delegatū. Ab istis missus, si sanus est in fide & viam Dei docet in veritate, opere & sermone, verus est minister & idoneus verbi Dei, quod
- 1. Pet. 4.* est spiritus & vita: Et ex eius dispensatione fidei, multiplicis gratiæ Dei, auditores crescūt in salutem, viuunt dignè deo & eius euangelio, fructificāt in omni opere bono.
- Col. 4.* Om̄ibus sunt odor bonus Chri, om̄ibus placent in bono.
- 2. Cor. 2.*

*Misi ad prædicandum à subuersis in fide, fermento errorum, hæresum, malitiæ & nequitia corruptis, eos non iustificat.*

*Caput XXV.*

- A** Ut, pastores corrupti sunt fermento Saducæorum, quod est hæresis: & damnabilibus sunt erroribus obtenebrati: Aut abominabiles facti in suis horredis, grauius, manifestisq; sceleribus quæ faciunt, in quibus scandalizant paruulos, percutiunt conscientias infirmorū, infirmant in fide instabiles, occidūt etiam viuentes in Christo, damnant & se & alios, Hoc est fermentū malitiæ & nequitia
- Rom. 14.*
- 1. Cor. 8.*
- 1. Cor. 5.*